



Jus Canonicum In V. Libros Decretalium Distributum

novâ Methodo explicatum, Omnibus Capitulis Titulorum (qui in Antiquis, & novis Libris Decretalium continentur) promiscuè & confusè positis, in ordinem doctrinæ digestis. Adjunctis Aliis Quæstionibus Connexis, Quæ Ad Plenam Cujusque Tituli, Aut Materiæ Cognitionem, Et Expositionem Pertinent. ...

Respondens Libro Quinto Decretalium. In Quo De Judicio, Seu Ordine Judiciario criminali, nec non de criminibus Ecclesiasticis, & secularibus ... agitur ...

Pirhing, Ehrenreich

Dilingae, 1677

Titulus. XXXVIII. De Pœnitentiis, & remissionibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98302](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98302)

ut, h. t. in 6. & Clement. 1. eod. legatur ipse textus, junct. Gloss.

XXXIX. Denique in Extravag. Divinis unic. h. t. Inter Communes, Hugo Geraldus Episcopus Caturcensis, propter varios excessus, seu crimina ab ipso perpetrata, varias penas incurrit, quia Secundi Apostolicæ, suis subditis, & sibi ipsi fuit injuriosus, cujus delicta in specie recensentur in textu, pro-

pter quæ etiam perpetuæ depositionis sententiam meruit, & omni Pontificali, Sacerdotali, & quolibet alio officio privatus fuit, & ad perpetuum in carcerem condemnatus. Ex quo patet, propter quæ crimina Prælati possit deponi. Unde hoc c. rectius sub Tit. de Excessibus Prælatorum positum fuisset, nisi antiqui Libri illud sub hoc Titulo de penis collocassent, ut notatur in summa hic.

T I T V L V S XXXVIII.

DE POENITENTIIS, ET REMISSIONIBUS.

Actum est Tit. præcedente de penis, quæ imponuntur in foro externo, seu Iudiciali, nunc subiicitur hic Titulus de penis, quæ imponuntur in foro interno, seu Poenitentiali: sed quia huiusmodi penæ, seu poenitentia quandoque relaxantur per Remissiones, seu Indulgentias, ideo de his etiam agitur hoc Titulo, qui extat quoque in Sexto, Clementinis, & Extravagantibus Communibus.

S E C T I O I.

DE POENITENTIIS.

§. I.

De Poenitentia in genere.

I.

QUÆRITUR primò, quid sit poenitentia, & quot modis accipitur? Resp. poenitentia describitur per effectum, in c. 1. dis. 3. Ubi dicitur, Poenitentia est præterita plangere, & plangenda iterum non committere. Accipitur autem poenitentia tripliciter, ut notat Silvest. in Summa V. Poenitentia, n. 1. Primò, prout est Virtus specialis, & definitur communiter ex S. Thom. 3. p. q. 85. art. 2. & 3. de statu suo dolor animi de peccato, quatenus est offensa, seu injuria Dei, intentione eam compensandi, seu pro ea satisfaciendi, de qua plura videri possunt apud Tamm. Tom. 4. dis. 6. q. 2. dub. 1. Laym. libr. 5. Theol. mor. tr. 6. c. 1. & alios Theologos. Secundò, accipitur Poenitentia, prout est Sacramentum novæ legis à Christo institutum Joan. 20. & continet tres partes, seu actus, scilicet Contritionem Confessionem, & satisfactionem. Tertiò, sumitur poenitentia pro satisfactione, quæ duplex est, publica, & privata, ut ex infra dicendis patebit. Huc pertinent Canones poenitentiales in fine Decreti jussu Gregorii XIII. editi, & sunt quædam regulæ directivæ ad poenitencias delinquentibus imponendas, quæ tamen, cum nimis rigide viderentur, hodie non sunt amplius in usu: sed per desuetudinem sunt abolitæ, in quarum locum successerunt Remissiones, sive Indulgentiæ, de quibus infra.

II. Quæritur secundo, quod duplex sit poenitentia sumpta tertio modo, pro satisfactione? Resp. Alia est publica, alia privata. Publica est illa, quæ

imponitur, & peragitur pro manifestis peccatis, juxta c. Manifesta. 1. h. t. Ubi dicitur: Manifesta peccata non sunt occultâ correctione purganda: nam qui publicè peccant, etiam publicè puniendi sunt, ut tollatur scandalum, & alii terri arceantur à similibus, c. pen. junct. Gl. V. Petri. dis. 45. Gl. hic V. Occulta, & Abb. not. 1. Consentit Concil. Trid. Sess. 24. c. 8. de reform. in princ. Poenitentia verò privata, seu occulta est, quæ imponitur peccatis secretis, seu arcanis, in actu Sacramentalis Confessionis, & privatim etiam peragitur, Silvest. c. l. q. 1. occulta enim peccata non sunt publicè punienda, c. Si peccaverit. 19. caus. 2. q. 1. Porro in fine hujus c. non est sermo de purgatione innocentia, de qua agitur in Tit. de purgat. Canon. sed de purgatione culpæ per condignam satisfactionem, Abb. hic.

III. Præterea poenitentia publica, alia est solemnis, alia non solemnis. Prior est illa, quæ præscribitur in Concilio Agathensi relato in c. In capite. 64. dis. 50: quæ olim injuncta fuit in initio Quadragesimæ, servatis certis solemnitatibus, seu ritibus ibi expressis, & fiebat in Cœna Domini. Et hanc solemniem poenitentiam solus Episcopus imponere potest, vel Sacerdos, illius mandato, & non nisi pro peccato valde enormi, & toti Communitati, seu Reipubl. scandaloso, & pernicioso: nec imponi debet, nisi semel, quia non iteratur, c. 2. dis. 3. de poenit. Hostiens. in summa h. t. n. 55. 5. His prælibatis. Silvest. V. Poenitentia. q. 1. & 2. Effectus autem solemnis poenitentia est, quia tales poenitentes faciunt infames, non ratione poenitentia, sed ratione criminis promulgati, saltem si per sententiam Judicis sit imposita; ideoque nec ad Ordines promoveri, nec in susceptis ministrare possunt, c. Illud. 66. dis. 59. Silvest. V. Poenitentia. q. 3. Publica verò, sed non solemnis poenitentia dicitur illa, quæ fit publicè, & in facie Ecclesiæ, non tamen cum prædictis solemnitatibus jure præscriptis, veluti cum injungitur alicui peregrinatio per

mundum, cum pera, & baculo benedictis, quam non tantum Episcopus, sed etiam quilibet Sacerdos injungere potest, & multo magis Pœnitentiarius generalis Episcopi, quia non reperitur prohibitum, *Hostiens. c. l.* propter grave, & publicum crimen, sed non scandalosum, *Silvest. c. l. q. 2.* Veruntamen Clericis, non solum solemnibus, sed nec publica pœnitentia est injungenda, nisi sint depositi, *Gl. in cit. c. 1. V. Occulta. h. t. Hostiens. c. l. & Silvest. de quo plura infra.*

IV. Cæterum illud hic controversitur, an Confessarii, pro peccatis publicis auditis in Confessione Sacramentali, possint imponere pœnitentias publicas! Negat *Navarr. in c. 2. dis. 6. de pœnit. n. 87. & seq. & in man. Prel. c. 8. n. 10.* quia Confessarii imponendo publicam pœnitentiam, tali facto significant, pœnitentem gravia peccata sibi confessum fuisse, & sic indirecè revelarent confessionem. Ex quo sequitur, quod *cit. c. 1. h. t.* loquitur, non de Sacramentali pœnitentia, sed de ea, quæ in foro externo imponitur. Sicut & Concilium Trident. *cit. c. 8.* Limitat tamen id *Navarr. cit. dis. n. 93. & cit. c. 8. n. 10.* nisi pœnitens expressè, vel tacitè consentiat, ut confessio publicetur, & consequenter etiam peccatum à se commissum revelari permittat: idque ob eam causam, ut Deo & populo, quos scandalizaverat, satisfiat.

Quare verus intellectus *cit. c. 1. h. t.* est, manifesta peccata, non occultâ, sed manifestâ correctione purganda esse, in foro scilicet exteriore; imò etiam in interiore, si pœnitens, vel sponte petat, vel suscipiat pœnitentiam illam publicam, *Navarr. cit. dis. 6. num. 10. Covarruv. libr. 2. var. resol. c. 10. num. 3.* Ubi tamen monet, non faciliè ad talem publicam pœnitentiam veniendum esse, sed cum matura deliberatione, quia scilicet peccatum hujusmodi est, ut & peccantis correctio, & aliorum ædificatio publicam pœnitentiam requirat.

§. II.

De pœnitentia occidentis Presbyterum.

V. De hac agitur in *c. Presbyterum. 2. h. t.* „ quod est desumptum ex Concilio Maguntinensi, „ ubi statuitur, ut si quis Presbyterum occiderit, „ ei secundum Canones (pœnitentiales) XII. annorum pœnitentia imponatur. Quod si de hoc „ convictus fuerit (scilicet in judicio, *Hostiens. hic V. Convictus.*) usque ad ultimum vitæ suæ tempus „ cingulo militiæ careat, & absque omni spe conjugii maneat.

Ex quo colligitur, quod triplici pœnâ plectatur occisor Sacerdotis. Prima est, ut pœnitentiam agat XII. annis, v. g. jejunando, certis diebus in hebdomada, vel peregrinando, aut aliud opus pœnitentiæ exercendo, arbitrio prudentis Confessarii. Et quamvis aliàs regulariter, propter mortale crimen, pœnitentia septem annorum injungatur secundum antiquos Canones, *c. Admonere. 8. e. Hoc ipsum. 11. caus. 33. q. 22.* quandoque tamen major imponitur, scilicet XII. annorum, propter e-

normitatem criminis, *Gl. hic V. XII. an.* Secunda pœna est, ut privetur in perpetuum lo militari, & deponatur à dignitate sua, ut milites numeretur, tanquam excommunicatus, *hic V. Cingulo, & Abb. Ex quo infer.* Iudiciale ecclesiasticum posse privare laicum ministerio negotio seculari, ut ab eo abstinere, *Abb. de* tiam pœna est, ut privetur facultate contrahendi matrimonium, ita ut vitam ducat solitariam, *Abb. hic*; per quam pœnam contrahitur quidem matrimonium contrahendum, *Gl. de dirimitur contractum, secundum Gl. hic V. spe conjugii.* Porro præter has pœnas, non potest Juxta secularis, quominus possit persequi contra laicum occisorem Sacerdotis, iudiciale foro contentioso, imò etiam Juxta Ecclesiasticum suo foro graves pœnas imponere potest, *Abb. hic*.

§. III.

Proponuntur, & explicantur ad quadam Capitula in hoc Titulo contenta, in quibus agitur de imponenda pœnitentia.

VI. Inprimis in *c. Significavit. 1. h. t.* quis excedat modum in se defendendo, libertatem Ecclesiæ, ei indicendam esse pœnam arbitriariam, consideratis circumstantiis, *Abb. ex summa ejusdem c.* Nam cum quidam illi opponeret se Friderico Imperatori, negavit istum quoddam, quod sibi tradidit imperator, inde contigit, ut plus quam duo milia domus destrueret, & multi homines occideret, & multa mala committeret. Quare dictus Nobilis significavit hoc Papæ Alexandro III. pœnam recitari Deo, qui mandavit Archiepiscopo Mediolanensi, ut secundum quod ipsi visum fuisset, pœnam ipsi imponat, considerando, quod pro libertate, & Ecclesiæ defendenda hoc fecit.

Notandum primò, quod pœnitentia arbitraria sita ut prudentis Confessarii arbitrio imponatur, qui eas augere potest, vel minuire, *Abb. hic V. Visum fuerit, & Abb. Barb. n. 2.* Secundò, Confessarius talem debet imponere pœnitentiam, qualem prudenter pro casu circumstantiis, *Gl. hic V. Visum fuerit, & Abb. Barb. n. 2.* Secundò, Confessarius talem debet imponere pœnitentiam, qualem prudenter pro casu circumstantiis, *Gl. hic V. Visum fuerit, & Abb. Barb. n. 2.* Secundò, Confessarius talem debet imponere pœnitentiam, qualem prudenter pro casu circumstantiis, *Gl. hic V. Visum fuerit, & Abb. Barb. n. 2.*

VII. Secundò in *c. Quæsumus. 7. h. t.* Clericos Græci, qui utuntur legitimo ministerio (contracto in statu laicali, vel dum exantia Clericibus minoribus) in lecto filios suos opprobriis quæsumus fuit, utrum publica pœnitentia eis imponenda, si eam sibi postulerint imponi prohibeant? Respondet Papa Alex. III. si ipsi postulerint, vel studiosè negligentibus, filii sunt opprobrii ab officio Altaris debent perperuo abstinere: gravius eis, quam laicis pœnitentia est imponenda non tamen publica, nisi delictum hoc in publicum veniat. Si verò ex incuria ipsorum filii

niantur mortui in cunis, & illud sit occultum, pœnitentia eis imponenda est, pro arbitrio Pœnitentiarj, & in terrorem aliorum à celebratione Missarum ad tempus abstineant.

VIII. Pro explicatione hujus c. notandum primo, quando queritur, an Sacerdoti, seu Clerico, vel etiam laico pœnitentia publica imponenda sit pro delicto oppressionis filiorum, de quo in hoc c. vel alio delicto, tum distinguendum est; nam vel delictum est grave, & scandalizans totam aliquam Civitatem, aut Communitatem; & imponitur pœnitentia publica, & solemniter, c. In capite. 64. dist. 50. c. ult. caus. 26. q. 6. Vel est grave crimen, non tamen generans scandalum: & tunc rursus, vel est occultum: & nec imponitur pœnitentia solemniter, nec publica, c. In capite. sive delinquens sit Clericus, sive laicus. Vel est publicum, & tunc si sit adeo grave, & scandalosum, ut commoveat totam Civitatem, vel Communitatem, imponitur pœnitentia solemniter: si verò sit quidem scandalosum, non tamen ita ut scandalum generet in tota Civitate, vel Communitate: & imponitur pœnitentia publica, sed non solemniter ad sedandum scandalum, Abb. in cit. c. Questum. n. 1. h. t. & Fagn. ibid. n. 3. 4. & 5. Idque confirmatur etiam ex Concilio Tridentino c. 8. sess. 24. ubi dicitur, quòd ob crimen commissum ab aliquo publice, & in multorum conspectu, unde aliquos scandalo offensos fuisse constat, ei condignam pœnitentiam, pro modo culpæ, publicè injungi oportet.

Notandum secundò. Negligentia crassa, seu affectata æquiparatur scientiæ, ac dolo, ut in casu hujus c. opprimentes filios in lecto ex studiosa, seu affectata negligentia, quæ ex lata culpa procedit, æquiparatur dolo, quoad irregularitatem incurrendam, ita ut perpetuò teneantur abstinere ab Altaris Ministerio, quamvis crimen sit occultum: non autem sufficit lata culpa ad infligendam pœnam ordinariam homicidij, ad quam requiritur dolus, Abbas hic n. 2. Si verò culpa sit levissima, non contrahitur irregularitas, ut patet ex hoc c. in fine, ubi isti Sacerdotes Græci, ex quorum incuria, & sine tactu proprio, seu aliâ procuratore, filij eorum repetiuntur mortui in cunis, à celebratione Missarum abstinere debent, ad tempus, non in perpetuum, quia non reputantur homicidæ: sicut illi, quorum latâ culpâ filij proprii, non in cunis, sed in lectis repetiuntur oppressi, Hostiens. hic in fine, & Abb. n. 3. Fagn. n. 9.

Notandum tertio. Sacerdos, vel alius Clericus potest agere publicam, vel solemnem pœnitentiam, si sine spe restitutionis sit depositus, c. 2. dist. 6. de pœnit. & ibi Gl. V. Peregrinando. Si verò sit depositus, cum spe restitutionis, nec solemniter, nec publicè pœnitere potest, c. Confirmandum. 65. dist. 50. c. Presbyter. 12. dist. 81. Gl. hic V. Nisi in publicum. ubi in fine ait. Sacerdotem posse agere pœnitentiam etiam solemnem, si sine spe restitutionis, pro crimine oppressionis filiorum, sit privatus, seu depositus, ergo multò magis publicam, si crimen venit in publicum.

IX. Tertio, pœnitentia moderanda est, secundum arbitrium prudentis, & discreti Sacerdotis, seu Confessarij, prout sumitur ex c. Deus. 8. h. t. ubi Papa Innocentius III. rescribit, pœnitentiam, non

tam secundum quantitatem excessus, seu delicti, quàm pœnitentis contritionem esse moderandam, pensatâ qualitate personarum, super fornicatione, adulterio, homicidio, & alijs criminibus: consideratis omnibus circumstantijs, & præcipuè novitate Ecclesiæ Livoniensis recenter ad fidem conversæ, competens pœnitentia delinquentibus est imponenda, prout eorum saluti visum fuerit expedire. Hortatur etiam idem Pontifex Episcopum Livoniensem, & qui cum ipso sunt, ut eos instruat in fide, & Confessionis forma, & Orationem Dominicam, ac Symbolum Apostolicum doceat: & ut S. Evcharistiam baptizatis, in certis festivitatis, & mortis articulo tribuat.

Hinc colligitur, quòd in injungenda pœnitentia attendi debet quantitas, seu gravitas excessus, sive delicti, contritio pœnitentis, & qualitas personæ, Gl. hic in notat. & secundum illas pœnitentia augeri, vel minui potest.

X. Quarto huc pertinet, quòd dicitur in c. Licet. 6. h. t. Si illi, qui per aliquot dies, ex injuncta sibi pœnitentia, in pane, & aqua jejunare tenentur, & panem, quo vescantur, non habeant: leguminibus, aut piscibus, vel alijs cibis reficiantur, si necessitas id exposcat: ita tamen ut his non ad delicias, sed ad sustentationem utantur. Ratio per se patet, quia necessitas non habet legem, ideòque semper intelligitur excepta, Gl. hic V. Leguminibus. Idemque dicendum de jejunio, ad quod aliquis obligatur ex voto, Abb. hic n. 2.

§. IV.

De præcepto Sacramentaliter confitendi, saltem semel in anno, & S. Evcharistiam recipiendi in Paschate.

XI. De hoc agitur in c. Omnis. 12. h. t. quòd est desumptum ex Concilio Generali Lateranensi sub Innocentio III. c. 21. ubi statuitur: Ut omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua peccata solus, saltem semel in anno, fideliter confiteatur proprio Sacerdoti, & injunctam sibi pœnitentiam, proprijs viribus, studeat adimplere: suscipiens reverenter, ad minus in Pascha, Evcharistia Sacramentum; nisi fortè de proprii Sacerdotis consilio ab hujusmodi perceptione, ob aliquam rationabilem causam, ad tempus duxerit abstinendum; alioquin & vivens ab ingressu Ecclesiæ arceatur, & moriens Ecclesiasticâ careat sepulturâ. Unde frequenter hoc salutare Statutum in Ecclesijs publicetur, ne quisquam se excuset ob ignorantiam. Si quis autem alieno Sacerdoti voluerit, justâ de causâ, sua confiteri peccata, licentiam prius postulet, & obtemperat à proprio Sacerdote, cum aliter ille ipsum absolvere non possit, vel ligare. Sacerdos autem sit discretus, & cautus, ut in ore periti Medici, superfundat vinum, & oleum vulneribus sauciati, & diligenter inquireat circumstantias peccatoris, & peccati, quibus prudenter consideratis, intelligat, quale consilium ei debeat præbere, & remedium

» dium adhibere, diversis experimentis utendo, ut
» sanet ægrotum. Caveat autem omnino, ne verbo,
» vel signo, aut alio quovis modo prodat peccato-
» rem, sed si prudentiori consilio indigerit, illud,
» absque ulla expressione personæ, cautè exquirat:
» qui enim peccatum in pœnitentiali iudicio sibi
» detectum revelare præsumpserit, non solum à Sa-
» cerdotali officio deponatur: sed etiam ad agen-
» dam perpetuam pœnitentiam in arctum Mona-
» sterium detrudatur. Consentit Trident. Conci-
» lium Sess. 14. c. 5. & can. 8. de Sacram. pœnit.

XII. Pro explicatione hujus famosi, & cele-
berrimi cap. notandum primò. Ad Sacramentalem
Confessionem requiritur, ut confitens sit fidelis, id
est, baptizatus, alioquin enim non est capax Sacra-
menti Pœnitentiæ, cum Baptismus sit janua, & fun-
damentum omnium Sacramentorum, c. Præter. 6.
§. Verum quis. 32. c. ult. de Presbyt. non baptizat. De-
inde requiritur, ut ad annos discretionis pervenerit,
id est, ut sit doli capax, sive rationis compos, sciens
discernere inter bonum, & malum, quia tunc pecca-
re potest, Gl. hic V. Discretionis. & Barbos. n. 3. quod
ut plurimum contingit circa septimum ætatis an-
num, vel post septennium infra pueritiam, Abb. hic
n. 9. Silvest. V. Confessio. q. 5.

Notandum secundò. Debet quis omnia sua pec-
cata confiteri, scilicet mortalia, quia confessio debet
esse integra: non autem tenetur confiteri venialia,
ea enim alijs remedijs deleri possunt, Gl. hic V. Omnia
sua peccata.

Notandum tertio. Confessio peccatorum fieri
debet proprio Sacerdote, non alieno, nisi de licentia
proprij Sacerdotis petita, & obtenta, ut habetur in
hoc c. Dicitur autem proprius Sacerdos inprimis,
cui cura parochialis Ecclesiæ est commissa, sive sit
Rector, sive Vicarius, Fagn. hic n. 55. Item Episco-
pus Diocesanus, qui est ordinarius Pastor Diocesis;
imò etiam Papa, qui est generalis Pastor totius orbis
Christiani, vel Legatus Papæ. Sicut ergo potest quis
confiteri Parocho suo, vel cum ejus licentia, alteri
Sacerdoti: ita etiam potest quis confiteri Episcopo
suo, vel ab eo delegato, ut dictum supra Libr. 1. De-
cret. Tit. 31. sec. 5. §. 3. n. 148. Porro si Pastor im-
mediatus, sine justa causa, neget licentiam Parochia-
no suo adeundi alium Sacerdotem, potest is adire al-
ium, Arg. c. Licet. 18. de regularib. Vel rectius, si non
possit habere Confessarium regularem privilegia-
tum, adeat Superiorem Parochi, qui ipsum com-
pellat ad dandam licentiam, vel ipse illam dabit, Gl.
hic V. Obineat.

XIII. Notandum quartò. Hæc Confessio se-
mel in anno fieri debet, quocunque anni tempore.
Unde si quis confessus est intra annum, non tenetur
postea in Quadragesima confiteri, cum adimpleve-
rit præceptum annuæ confessionis, per se loquendo;
quamvis per-accidens ex alio titulo potest fieri, ut te-
neatur denuo confiteri in Paschate, quia post con-
fessionem peccavit mortaliter, & suscepturus est Ev-
charistiam, vel ob superimminentem mortis articu-
lum. Computatur autem hic annus à Paschate usque
ad Pascha, Barb. hic n. 5. & 6. Pœnitens autem in-
junctam sibi pœnitentiam adimplere debet, ut dici-
tur in hoc c. adeoque etiam eam acceptare, si sit fa-

vorabilis, & non nimis dura, Barbos. n. 1. & 2.
de quo videri possunt Theologi.

Notandum quintò. S. Eucharistia non est
menda à laicis sæpius per annum ex necessitate
cepti, sed ut minimum semel in Paschate, & si
ter in anno laici communicare tenebuntur, ut
cet in Paschate, Pentecoste, & Natali Domini, c.
16. dis. 2. de consecr. Declaravit autem Eugenius 4.
fideles satisfacere huic præcepto Ecclesiam in his
domada sancta, vel intra Octavam Pasche, &
Dominicam in Albis Eucharistiam suscipiant, &
hic n. 10. quamvis ex justa causa hoc tempus
communiciandi ab Episcopo, vel Parocho potius
sit, Fagn. hic n. 46. & alij. Pœnitens autem, si
munio dari potest, ante statum perfectam, op-
bertatem, nempe cum sunt X. vel XI. annis,
in illis signa discretionis, & devotionis assumpta
qua restandum est arbitrio prudenti, ut ibi
Eucharistia, c. 3. n. 7.

Notandum sexto. Non tantum peccata, sed
eorum circumstantiæ sunt inquirendæ, de quibus
dæ in Confessione, ex Decreto Concilij Triden-
Sess. 14. de Sacram. pœnit. c. 5. Scilicet peccata
scilicet, quæ mutant speciem peccati, quæ vel
lùm aggravant notabiliter speciem, quæ sunt
sario exprimendæ, quia Concilium Tridenti-
ferit, illas circumstantias esse explicandas, ut
tant speciem, adeoque supponit, de mutatis
circumstantias, quæ non mutant speciem, ut
tium aggravant, non esse necessario expresse
multò minus, quæ notabiliter minuantur
potius ad excusantem pœnitentem adhiberi
in c. Dens. 8. h. t. n. 2. Fagn. hic n. 43. & ibi
ipsum. Sed hoc magis ad Theologos pertinet
videri possunt.

Porro pœna non communicandi in Pæ-
sine justa causa, est, ut ab ingressu Ecclesiæ ex-
tur, & Ecclesiasticæ sepulture prævenitur. Item
tentes annuam Confessionem, & sacrum Com-
nionem suat suspecti de hæresi, Barb. hic n. 11.
Notandum septimò. Pœna Sacerdotis in
tis confessionem, seu violentiam sigillum Con-
nis, est depositio ab omni Officio Sacerdotii, &
trusio in Monasterium ad agendam opem
pœnitentiam, prout dicitur in fine hujus
c.

XIV. Sed jam hic quaeritur, an Sacerdos
rius in c. c. Omnis. sub prædicta pœna pœnitent-
non tantum revelare peccatorem, sed etiam
tum sibi in Confessione detectum, & ab ipso
hic n. 7. Idque probati videtur ex c. c.
mnis. ubi non solum prohibetur, ne Sacerdos
bo aut signo, vel alio quovis modo, prodatur
rem: sed etiam additur, quod si peccator
tentiali iudicio sibi detectum præsumpserit, ut
re, sit plectendus pœnis ibi præscriptis. Item
positum tenet Navarr. in c. 2. dis. 4. de pœnit. c.
78. & docent communiter Theologi. Sed
causa finalis, cur prohibitum sit revelare
in confessione detectum, est, ne prodatur
& sic fideles à Confessione Sacramentali
tur, ut constat ex c. c. Omnis. §. Certe. &
velationem peccati tantum non prodatur, ut
gnoscitur ipse peccator, sed peccatum tantum
ita cautè sit revelatum, ut non possit in

peccatoris deveniri, ergo cessat prohibitio revelationis peccati, ut si quis dicat, tale vel tale peccatum mortale audiui in Confessione, imò etiam viri graves talia dicere solent, teste *Navarr. cit. l. 1.* Idque confirmatur, quia peccata ipsa, sine expressione personæ, non cadunt sub sigillum Confessionis, quia sicut ipsa Confessio Sacramentalis est præcepta Jure Divino: sic & præceptum illa non revelandi obligat ex Jure Divino: ita ut nemo, præter pœnitentem, in illo dispensare possit, ut docent communiter Theologi, & Canonistæ: at si peccata ipsa caderent sub sigillum Confessionis, non potuisset Concilium Generale in *cit. c. Omnis*, statuere, ut liceret Sacerdoti, si prudentiori consilio indiguerit, revelare peccatum auditum in confessione, si revelatio peccati, non secus, ac peccatoris, caderet sub hoc sigillum, ut bene ostendit *Fagn. in c. Officij. 9. n. 32. h. t.* Itaque dicendum est, in *cit. c. Omnis*, prohiberi peccati auditum in confessione revelationem per relationem, sive in ordine ad confitentem, quando scilicet ita revelatur peccatum, ut exinde ipse quoque, qui peccavit, cognoscatur, *Navarr. cit. l. n. 39.*

Nec refert, quod in *cit. c. Omnis*, permittatur revelatio peccati, in casu speciali tantum, videlicet cum Sacerdos indiget prudentiori consilio, ac proinde extra illum casum, prohibita est revelatio peccati in alijs casibus similibus non expressis, saltem Jure Ecclesiastico, propter periculum, ne revelato peccato, reveletur etiam pœnitens, ut docet *Fagn. in cit. c. Officij. n. 33. & seqq. h. t.* Nam per hoc non videtur Concilium in *cit. c. Omnis*, excludere alios casus similes: cum exceptio in uno casu, non firmet regulam in contrarium in similibus casibus, etiam si alibi non reperiantur specificè excepti, *c. Dilecti. 4. de confirm. uti. & fatetur ipse Fagn. cit. l. n. 42.* idèque etiam *ibid. n. 38.* ait, revelantem peccatum sibi in iudicio pœnitentia detestum, sine ulla expressione personæ, non incurrere pœnam depositionis ab Ordine Sacerdotali, ac perpetuæ detractionis in arcem Monasterium, generaliter, & indistinctè, sed id iudicis arbitrio relinquendum esse, utrum huiusmodi pœna sit inaponenda, aut moderanda.

XV. Cæterum huc pertinet, quod statutum est in *c. Cum infirmitas. 13. h. t.* quod est desumptum ex eodem Concilio Lateranensi, sub Innocentio III. *n. c. 22.* Ubi præcipitur Medicis Corporum, ut ad infirmos in lecto jacentes vocati, ipsos, ante omnia moneant, & inducant, ut Medicos animarum ad vocent (iisque confiteantur) cum infirmitas corporalis nonnunquam ex peccato proveniat; cessante autem causâ, cesset effectus, Quod si Medicus quispiam hanc Constitutionem, post publicationem illius, transgressus fuerit: tamdiu ab Ecclesiæ ingressu arceatur, donec satisfecerit competeret. Prohibetur præterea sub interminatione excommunicationis, ne quis Medicorum pro corporali salute suadet ægroto, quod in periculum animæ convertatur, v. g. ut abortum procuret, vel pollutionem, cum anima multò sit pretiosior corpore, & ideo potius consulendum animæ, quam corpori. *Gl. fin. hic.*

XVI. Hoc Decretum innovavit Pius V. anno 1566. in quodam motu proprio, qui incipit, *Supra gregem Dominicum*, quem refert *Quaranta in Summa Tomus V.*

Bullarij V. Medicus: ubi addit præceptum, ne Medici ultra tertium diem ægros visitent: nisi Confessarij, ex justa causa, longius tempus concedendum infirmo iudicet: ac nisi ipsis Medicis per fidem Confessarij in scriptis factam constiterit, infirmum peccata sua confessum fuisse. Præcipit insuper idem Papa Universitatibus, & Collegijs, ut cum licentiam medendi alicui concesserint, aut ad Doctoris Gradum eum promoverint, exigant ab eo iuramentum hæc servandi; alioquin perpetuam infamiam incurrant, & à Medicorum Collegio ejiciantur, & gradu Doctoratus priventur, additâ pœnâ arbitraria, arbitrio iudicis, imponendâ. Verùm hæc Bulla Pij V. in Provincijs nostris, vel nunquam usu recepta est, vel jam per desuetudinem abolita.

XVII. Ubi præterea circa Constitutionem Concilij Lateranensis in *cit. c. Cum infirmitas*, notandum primò, eam non habere locum, quando manifestum est, morbum non esse periculosum, & lethiferum, sed solum quando est dubium, ut docet *Navarr. in Man. Præf. c. 25. n. 61.* quia durum videtur, secluso hoc periculo, Medicos adstringere ad hanc monitionem. Quamvis alij citatum Decretum intelligendum esse censeant, non de solo morbo periculoso, sed de quovis gravi morbo, qui ex se lecto aliquem affigit, non ex solo podagræ impedimento, & videtur colligi ex *cit. c. Cum infirmitas*, ubi dicitur: Inter alia huic Edicto causam dedit, quod quidam in lecto jacentes, cum eis à Medicis suaderetur, ut de animarum salute disponant, incidunt in desperationem, unde facilius mortis periculum incurrunt: quæ ratio locum habet in omnibus morbis etiam non periculosis, *Silvest. V. Medicus. q. 3. dicto 3. Sanch. l. 3. mor. c. 16. n. 7.* quæ sententia litteræ textus magis conformis videtur, sed prior in praxi recepta est.

Notandum secundò. Hæc monitio fieri debet, vel per ipsum Medicum, antequam medicinas applicet, vel per alium v. g. Parochum, aut qui infirmi curam gerit, & ita Constitutio illa est recepta, & observata, teste *Navarr. cit. l. 1. & Sanch. n. 8.* & quamvis ipse infirmus confiteri nolit, non ideo debet Medicus illum deferere, secundum *cit. c. Cum infirmitas. Navarr. cit. l. 1.* Imò etiam secundum Bullam Pij V. non est deferendus æger confiteri nolens, si exinde constitueretur in probabili mortis articulo, quia videtur contra ordinem charitatis, non subvenire ægro in ea necessitate corporis, & animæ, qui fortè desperans obibit, vel si Medicus eum non deferat, fortè reconvalescet, vel respiciet, positâ obstinatione, *Sanch. cit. l. n. 10.* apud quem plura de hoc videri possunt.

§. V.

An Confessio illius, qui dicit, se non posse abstinere à peccato, sit admittenda?

XVIII. Ad hanc quæstionem responderetur, quod non est rejicienda confessio eorum, qui volentes confiteri dicunt, se non posse abstinere à peccato, sed debet recipi, & ipsis dari providum consilium, prout sumitur ex *c. Quod quidam. §. h. t.* & traditur in *Summa ibid.* ubi super hoc consultus Pontifex respondit, quod eorum confessio recipi debeat, & "

M m m

cis

„ eis de criminibus (vitandis) consilium dari : quia
 „ licet non sit vera huiusmodi pœnitentia (id est,
 „ fructuosa ad promerendam vitam æternam, *Gl. hic*
 „ *V. Non sit vera*) amittenda tamen est eorum con-
 „ fessio, & crebris, ac salutaribus monitis pœniten-
 „ tia eis indicenda.

XIX. Notandum primò. Qui non habent verum dolorem de peccatis, neque firmum propositum se emendandi, ac vitandi peccata, illi veram pœnitentiam non agunt, quippe quæ ad substantiam veræ pœnitentiæ requiruntur; & talibus etiam absolutio Sacramentalis impendi non potest, ideòque nec talis confessio, nec satisfactio valet, sed talis pœnitens iterum postea confiteri, & satisfacere debet, *Abb. hic n. 1. not. 2. & 3.* Prodest tamen talis confessio, sicut & alia opera bona facta, extra charitatem & statum gratiæ, ad obtinendum à DEO speciale auxilium gratiæ, ut citius peccator convertatur, & ad impetrandam remissionem pœnæ temporalis, vel alia bona temporalia, ut docet *Covarr. in c. Alma Mater in prima part. relect. §. 4. n. 11. & 14.*

Notandum secundò. Non est tamen necessarium ad veram pœnitentiam credere se nunquam denuo lethaliter peccaturum, sed sufficit detestari omne peccatum mortale, & habere propositum non amplius peccandi mortaliter in futurum, etsi huiusmodi credulitatem non habeat, *Barb. in Collect. hic n. 3. ex Suar.*

§. VI.

De Confessione mulieris, quæ partum alienum sibi supposuit, vel proprium ex adulterio suscepit.

XX. De hac agitur in *c. Officij. 9. h. t.* Nam mulier quædam prolem non habens, ex metu, ne bona mariti ad alios devolverentur, in foro pœnitentia confessæ fuit, quòd succum herbarum potans, ut venter intumesceret, & gravidam se fingens, partum alienum sibi supposuerit, sed nunc, ob timorem mariti, facinus hoc ipsi detegere non audet, qui eam prolem credebat indubitè esse suam. Unde quæsitum fuit, utrùm ei, durante hac fraude, pœnitentia sit injungenda? Respondet Pontifex Innocentius III. quòd sicut mulieri, quæ ignorante marito, ex adulterio prolem suscipit, quamvis id viro timeat aperire, non est pœnitentia deneganda: ita nec isti debet pœnitentia denegari, maxime si ad alienos timeat bona hereditaria viri devolvi, sed competens satisfactio per discretum Sacerdotem ei injungi debet.

XXI. Pro explicatione hujus *c.* notandum primò, cum quæritur, quid facere debeat mulier conjugata, quæ alienum partum supposuit, vel prolem ex adulterio suscepit, ita ut hæredes legitimi mariti priventur hæreditate, vel parte illius, propter filium alienum suppositum, vel spurium, qui creditur esse legitimus filius, vel hæres: tum distinguendum est; ut docet *Innocentius hic V. Satisfactio. & Hostiens. V. eod. Fagn. n. 4. & seqq.* & alij communiter. Vel mulier habet, unde satisfiat his, ad quos bona

mariti pervenirent, si partus suppositus non fuisset, vel adulterium non patratum; & debet tunc restituere ex bonis propriis: vel ignorat, quid sit filius, & debet tantumdem pauperibus erogare: si mulier non habet, unde satisfiaciat, tunc vel tertio suppositum; & sic revelando fructum, & ne succedentes marito ab intestato, vel ex testamento incurrant damnum, quòd aliis extrinsecus evenirent, vel non potest id probare, Priore causa vel testis sine gravi periculo revelare crimine, & filium lud detegere, & probare: vel non potest ostendere sine gravi periculo, quia veridicitatem inde probatur gravia scandala, & damna corporis, vel animæ, & non debet revelare, sed tacere, quia etiam damnum minus est eligendum; majus autem est probandum seu damnum vitæ, siue corporis, vel animæ, rerum temporalium, seu bonorum futurorum, imò etiam non tenetur mulier crimine filii prore, cum gravi detrimento sui honoris, ac famæ, nemo tenetur restituere bona totius infantis, cum jactura bonorum aliorum scilicet, filii, & communiter; bona autem famæ aliorum sunt, & quàm rei familiaris, quia melius est taceri bonam quàm divitiis multas, *Prover. 21. Nomen & c. 16. n. 44. & 45.* Posteriore verbala, mulier tenetur partum suppositum, vel filium intromittere, si non habeat probationes paratas, ut scilicet filere debet, *Innocent. hic & Hostiens. V. Adm.* Nec obstat, quòd utilis scandalum malitiam detegatur, quàm veritas relinquitur, & si vellet in hac taciturnitate non peccat veritas, quia talis mulier est tantum accusatrix, vel denunciat criminis, non autem Jux, vel testis, & quos pertinet dicere veritatem, ita ut propter scandalum dimittant, quin juxta probatam veritatem dicant, *Innocent. hic in fine.*

Notandum secundò. Mulier, quæ alienum partum supposuit, vel filium ex adulterio suscepit, dinariè non obligatur manifestare delictum occultum, ad averendum damnum mariti, & bonorum liberorum; nam talis obligatio est difficilis, & valde noxia, quia adulterium grave odium apud maritum suum, & infamiam tantum se ipsam, sed etiam adulterium, & prolem, quæ publicè habetur legitima. Neque filius, qui hæcenus fuit in possessione legitimitatis, tenetur mulieri assentiri, si filium suppositum, vel ex adulterio conceptum, dicat nisi id probet, ut quia tempore conceptionis non fuit, quia in dubio semper præsumitur paternum monio, *Gl. in c. c. Officij. V. Denegatio. & de just. c. 10. dub. 7. n. 51. Laym. lib. 5. c. 1. n. 1. q. 1. & seqq.*

XXII. Notandum tertio. Mulier, quæ ex adulterio concepit, debet curare, quantum in se est, ut filius, vel prolem, quædammodo, ut sit legitimus hæres damnum patiat. Ut si filius legitimi hæredes damnum patiat, ut si filius beat bona propria, tenetur ea relinquere, ut si filius in compensationem damni: vel si quædam re lucretur, vel solitos sumptus minoret, & si his modis damnum compensare non possit, supposito, aut adulterio suadere, ut reuocata re ditiari Statum Ecclesiasticum, vel Religiosum

§. VII.

An pœnitentia, & quenam alia, tempore Generalis Interdicti, sint concessa, vel non, & an damnatis ad mortem pœnitentia sit concedenda?

piat *Less. c. l. n. 47. Laym. c. l.* Ubi tamen addit, in praxi raro talem obligationem imponendam esse filio supposito, vel spurio, si delictum mulieris sit occultum, & sufficientibus indicibus probari non possit, quia nemo unius tantum, etsi fide digni, & minimè suspecti testimonio, etiam jurato, in sui præjudicium credere obligatur. Quod si denique mulier talis integrè satisfacere non possit damno illato, doleat de peccato, & confiteatur, cum proposito satisfaciendi, cum primùm poterit, & absolvi debet, impositæ ei competentè satisfactione, seu pœnitentiâ, *cit. c. Officii. in fine h. t. Hostiens. hic v. Tenetur, Navarr. cit. c. 16. n. 47. Fagn. c. l. n. 17.*

Notandum quartò, si ex eo, quod filius suppositus, vel spurcius, pro legitimo habetur, secutura sint majora, vel æqualia damna aliis, quàm sit damnum infamiae, quod adultera ex manifestatione defectus natalium, & filio provenit; mulier tenebitur ad revelandum illum tum demum, si jam ante læsa fuit ejus fama, & publicè suspecta, quod filius ex adulterio sit genitus: alioquin verò ordinari non debet mater obligari ad revelandum delictum, cum tanto famæ suæ detrimento, & aliis incommodis, *Laym. c. l. n. 1. §. Quod verò. Excipi debet, nisi in raro casu, filius spurcius succederet in Regno, vel Ducatu hæreticus, vel perveris moribus, cum gravi damno Reipublice, tunc enim adultera teneretur manifestare rem, cum damno suæ famæ, vel etiam vitæ periculo, si spes sit hoc pacto filium spurcium à successionem excludendum, Molin. tract. 3. de just. dif. 101. Less. c. l. n. 54. Laym. c. l. n. 1. in fine.*

XIII. Cæterum prædictis de confessione addendum, quod Abbatis Confessiones Monialium audire non potest, prout habetur in *c. Nova. 10. h. t.* Ubi refertur, quod Abbatis quædam Moniales suas benedicebant, & Confessiones earum audiebant, & Evangelium legere ac prædicare publicè præsumebant: hæc nova, & inaudita pervenerunt ad notitiam Papæ Innocentii III. qui rescripsit, & mandavit, cum hoc sit absonum, & absurdum, ne de cætero id fiat, quia licet Beatissima Virgo Maria dignior, & excellentior fuerit omnibus Apostolis, non tamen illi, sed isti Dominus claves Regni Cælestis commisit. Ratio per se patet, quia licet Abbatis habere possit aliquam jurisdictionem spirituales fori externi, ut dictum supra lib. 1. tit. 3. sec. 4. §. 3. non tamen potest habere jurisdictionem fori pœnitentialis, quæ procedit ex potestate Clavium & Ordinum, quorum mulier omnino est incapax, ita ut ordinari non possit, nec characterem Ordinis recipere, ex communi omnium DD. sententia, *Abb. hien. 1. not. 1. & dictum supra lib. 1. tit. 1. sec. 1. §. 2. n. 6.* Sed neque prædicare potest Abbatis publicè, vel docere Moniales, quamvis in secreto eas moneat, & ad virtutem adhortari possit, *Abb. hic not. 2.* Neque solemniter eas benedicere.



XXIV. De priore questione agitur in *c. Quod in te. 11. h. t.* Ubi dicitur, quando Terra interdicto supponitur, pœnitentia morientibus non negatur, neque Viaticum (hoc est, Sacramentum Eucharistiæ, quatenus Viaticum morientium) decedentibus denegatur. Secundò, licet per Generale interdictum denegetur omnibus, tam Unctio (scilicet Extrema) quàm Ecclesiastica sepultura: tamen ex gratia conceditur, ut Clerici decedentes, si Interdictum servaverunt, in cæmeterio Ecclesiæ, sine campanarum pulsu, & solemnitatibus, in silentio tumulentur. Tertiò, tempore Interdicti, Clerici in Conventualibus Ecclesiis, bini & bini, vel simul tres, possunt dicere Horas Canonicas, januis clausis, & excommunicatis ac interdictis exclusis, sine cantu, & voce ita demissa, ut exterius audiri non possint: quia & Regularibus simile privilegium à Sede Apostolica est concessum. Denique in fine additur, quod etiam recipientibus signum Crucis pœnitentia, cum postulerint, non est deneganda, quæ aliis etiam peregrinis potest ex gratia concedi.

XXV. Pro explicatione hujus c. notandum primò, quamvis Sacramentum pœnitentiæ, tempore interdicti, concedatur tantum infirmis, & morientibus, juxta hoc c. tamen jure noviore in *c. fin. de sent. excomm. in 6.* conceditur etiam sanis, & bene valentibus, qui non sunt excommunicati, nec interdicti, nec causam interdicti suâ culpâ dederunt, nec consilium, vel auxilium, *Abb. hic num. 2. Navarr. in manu. Prel. c. 27. n. 178. & alii apud Barb. in Collect. hic n. 2. de quo plura infra eod. tit.*

Notandum secundò, Sacramentum Eucharistiæ, quatenus est Viaticum morientium, tempore interdicti, conferri potest, ut constat ex hoc c. ubi dicitur, ubicunque in jure pœnitentia morientibus non negatur, Viaticum etiam, quod verè pœnitentibus exhibetur, intelligi volumus, quod nec ipsum decedentibus denegatur. Cum ergo tempore interdicti, jure antiquo, & novo, pœnitentia non sit deneganda morientibus, etiam Viaticum non est denegandum, *Suar. tom. 1. dif. 31. de cens. sec. 1. n. 21.* Porro cum Eucharistia in hoc c. solum repertiatur concessa, ut conferatur, per modum Viatici, morientibus, nec jure novo in *c. ult. de sent. excomm. in 6.* circa hoc Sacramentum, ut tale, aliquid immutatum sit, sequitur, quod si Eucharistia, non ut Viaticum, sed extra mortis periculum, confideretur, sanis ministrari non possit. Non obstat, quod juxta *cit. c. Quod in te*, tempore interdicti, morientibus conceditur ministrari Sacramentum pœnitentiæ. Cum ergo in *cit. c. ult. de sent. excomm. in 6.* non solum morientibus, sed etiam sanis pœnitentia concedatur, videtur sequi, quod etiam Eucharistia sanis denegari non debeat, tempore interdicti. Sed

respondetur, quod in hoc c. non absolute conceditur Sacramentum Eucharistiae illis, quibus conceditur Sacramentum poenitentiae, sed solum quando confertur Eucharistia morientibus, per modum Viatici, quia in illo articulo mortis illa duo Sacramenta habent necessariam quandam conjunctionem, non alias, *Suar. cit. dis. 33. sec. 1. num. 31. Barb. hic n. 4. & 5.*

Notandum tertio, Sacramentum Extremae Unctionis nulli laico, vel etiam Clerico, potest ministrari, tempore interdicti, nisi infirmus nullum aliud recipere valeat, *Barb. in Collect. hic n. 8. & 9.*

Notandum quarto, Ecclesiastica sepultura, tempore interdicti, siue localis, siue personalis, prohibetur, etiam infantibus usu rationis carentibus, *Barb. hic n. 10.* Clerici tamen, etiam primae tonsurae, dummodo gaudeant privilegiis Clericalibus, in Coemeterio possunt sepeliri, tempore interdicti, *Barb. hic n. 12.* sed plura de his infra suo loco.

X XVI. Ad alteram quaestionem respondetur, quod Sacramentum poenitentiae damnatis ad mortem, si id petant, concedi debet, non obstante contraria consuetudine, prout statuitur in *Clement. cum secundum. 1. h. t.* Nam in Concilio Viennensi sub Clemente V. fuit propositum, quod licet secundum Canonica statuta, (c. pen. caus. 1. q. ult. & c. 2. de furtis) ultimo supplicio afficiendi non debeat, si petant, poenitentiae Sacramentum negari, plures tamen Iudices temporales hoc denegabant, allegantes consuetudinem, quam Concilium damnavit, quae potius abusus dici debet, & hortatur omnes Iudices, ut ab huiusmodi abusu desistant, simulque omnibus locorum Ordinariis injungit, ut cum primum commodè poterunt, diligenter eos moneant, & si necesse fuerit (quia monitioni non parent) per Censuram Ecclesiasticam compellant.

Porro non tantum Sacramentum poenitentiae, sed etiam Eucharistiae, siue Viaticum non debet negari condemnatis ad mortem, juxta c. *Quod in se. 1. 1. in princ. h. t. & c. pen. caus. 1. q. 2.* non tamen conceditur eis Sacramentum Extremae Unctionis, quia non laborant corporis infirmitate, ob quam in mortis periculo sunt constituti, *Covarr. libr. 2. var. res. sol. c. 1. num. 11. Clarus in pract. crim. §. fin. q. 99. num. 3.* Ecclesiastica verò sepultura non sunt privandi damnati ad mortem, cit. c. *Quasitum. 30. caus. 13. q. 2.* ita tamen, ut non nisi habita licentia Iudicis, vel Principis, eorum cadavera sepeliri soleant, l. 1. & 2. ff. *De eadaverib. damnar. Abb. in cit. Clement. 1. num. 2. Covarr. c. 1. & Clarus, §. fin. q. 100. num. 1.*

§. VIII.

De Quasitoribus Eleemosynarum.

XXVII. De his agitur in primis in c. *Cum ex eo. 14. h. t. in princ.* quod est desumptum etiam ex Concilio Generali Lateranensi sub Innocentio III. c. 62. » Ubi prohibetur, ne Quasitores eleemosynarum admittantur, nisi Litteras Apostolicas, vel Episcopi Diocesani, veras exhibeant, & ne praeter

id, quod in ipsis Litteris continetur, praestentur, quarum forma exprimitur in ipsa hujus c. & additur, ut eam formam concilio, quae Sedes Apostolica communiter utitur, Episcopi imitentur. Praecipitur deinde §. *Qui non h. t.* huiusmodi Quasitoribus, qui ad eleemosynas quaerendas destinantur, ut modeste sint, discreti, nec in tabernis, vel aliis locis incongruis spitentur, nec inutiles faciant expensas, ut possint habitum falsae Religionis. Reliqua, ut de Indulgentiis traduntur in hoc c. proposita infra.

XXVIII. Praeterea in c. *Romana. 1. h. t.* quod est desumptum ex Concilio Lugdunensi, scribit Papa Innocentius IV. quod Archiepiscopus non debet Quasitoribus, v. g. pro fabrica loci Metropolitanae, dare potestatem citandi, vel suffraganeorum suorum, (quos idem Quasitoribus sibi resistere, aut non parere dicunt) ut contra ipsos compareant: quamvis possint eosdem suffraganeos, & alios fideles charitative moneant. Ad id in fine, quod Archiepiscopus in concilio Indulgentiis non debet excedere auctoritatem Concilii Generalis in cit. c. *Cum ex eo. h. t.* Ratio prioris partis hujus c. est, quia citatio est jurisdictionis; Quasitores autem nullam habent jurisdictionem, sed tantum deputati sunt ad eleemosynas, pro aliquo loco pio, immo citare possunt subditos Suffraganeorum, vel colligitur, quod Archiepiscopus, vel Episcopus potest per totam Provinciam mittere Quasitores colligendas eleemosynas pro fabrica Metropolitanae, *Quarant. in summa de iur. f. de scopi auctoritas. n. 26.*

XXIX. Denique in *Clement. Archiepiscopus. h. t.* repetit idem Concilium Generale, Quasitores eleemosynarum non esse admittendos, nisi Litteras Apostolicas, vel Episcopi Diocesis exhibeant, nec permittuntur ipsi populo praedicare, nec exponere, quam quod in ipsis litteris continetur. Addit Concilium, Litteras Apostolicas exhibere, antequam admittantur, & antequam de octo excessibus Quasitorum in terra capere fieri de cetero prohibet, & omnia contra praedicta quomodocunque concessa revocant, c. 2. §. *Ad hac.* Ac denique Quasitores in praedictis locis, quibus per Episcopos locorum praedictorum non obstantibus quibuscunque prius exceptis, §. *fin. ibid.*

Ubi notandum, quod utraque haec Constitutio solum locum habet in illis Quasitoribus, qui mine alicujus Hospitalis, vel pii loci, aut mine alieno eleemosynas quaerunt: sicut vero prius nomine pro se ipsis eleemosynas quaerunt, nullis indigent Litteris Papalibus, vel Episcopalis.

XXX. Porro Concilium Tridentinum c. 2. de reform. in fine in primis prohibet, ut Quasitores eleemosynarii nullo modo, nec per se, nec alium praedicare praesumant, & contra sacrosanctum Episcopis, & Ordinariis locorum, oppositi mediis omnino arceantur, non obstantibus

giis quibuscunque. Sed quia neque hujusmodi remedia profuerunt, ideo eadem Synodus *Seff. 21. c. 9. de reform.* statuit, ut posthac in quibuscunque Christianæ Religionis locis, eorum nomen, & usus penitus aboleatur, nec ad hujusmodi officium exercendum ullatenus admittantur, non obstantibus privilegiis, Ecclesiis, Monasteriis, Hospitalibus, aliisque piis locis, & quibusvis, cujuscunque gradus, & dignitatis, personis, concessis, aut consuetudinibus etiam immemorialibus.

XXXI. Circa quod Decretum Concilii notandum primò, sub eo non comprehendendi fratres Ordinum Mendicantium, qui non prohibentur elemosynas querere per se ipsos, sed non per alios possunt, quàm sui Ordinis Fratres, in Diocesis, ubi habent Conventus: si tamen extra loca, ubi Monasteria habent, querere volunt elemosynas, tenentur suorum Superiorum licentiam Ordinatio loci ostendere, aliàs ab ipso prohiberi possunt, *Barbosi. de offic. Episc. alleg. 109. num. 8.*

Notandum secundò, potest Episcopus dare licentiam petendi elemosynas, pro usu alicujus pii loci, vel operis, sub forma præscribi solita à Sede Apostolica Episcopo Ordinario, quæ habetur in *Declarat. Concil. Trident. cit. c. 9. n. 2. apud Io. Gallemart.*

§. IX.

Quinam habeant facultatem, seu privilegium eligendi sibi Confessarium?

XXXII. De hoc agitur in c. *Ne pro dilatione. 16. c. ult. h. t.* Ubi Gregorius IX. ita refertur: Ne propter dilationem pœnitentiæ periculum imminuat animarum, permittimus Episcopis, & omnibus Superioribus, nec non minoribus, seu inferioribus Prælatibus exemptis, ut etiam, sine Superioris sui licentia, providum ac discretum Confessarium sibi possint eligere.

XXXIII. Ubi notandum primò, de Jure Communi nullus Episcopus, vel alius Prælatus etiam superior Episcopo, potest sibi eligere Confessarium, quia nemo potest absolvi, vel ligari, nisi à suo Judice, aut Prælo proprio, qui in illum ordinariam jurisdictionem habet, c. *Omnis. 12. h. t. Silvest. V. Confessor. 1. n. 1. dicto 3.* Unde Episcopus de Jure Communi debet confiteri Archiepiscopo, & hic Patriarchæ suo, & iste Papæ, vel de licentia illius alteri, *Hosienf. in summa h. t. n. 18. 19. c. 20. Abb. hic num. 2.* Idque probatur ex hoc c. ult. verbo *permittimus*, per quod indicatur, ante hanc permissionem, non potuisse Episcopos iisque superiores subijcere se alicui Confessario, sine Superioris sui licentia. Verùm per privilegium Papæ concessum in *c. ult. h. t.* Episcopi etiam non exempti, possunt sibi Confessarium eligere, sine licentia sui Archiepiscopi, *Hosienf. hic V. Episcopi, §. Sed nunquid. c. Abb. n. 3. Vers. Sed quæro Io. Andr. V. eod.* Idque colligitur ex hoc c. in illis verbis, præter sui Superioris licentiam, quæ verba si intelliguntur de exemptis tantum, non dictum fuisset, præter sui Superioris licentiam, sed præter licentiam Sedis Apostolicæ: Igitur Papa hic dixit, præter sui Superioris, ut quoad exemptos includeret se, quoad non

exemptos, alios Superiores, *Hos. in summa h. t. n. 18. §. Breviter dicas.* Unde quando postea subjungitur, nec non minoribus Prælatibus exemptis, verbum exemptionis tantum ad proximè præcedentia, videlicet ad Prælatos minores, seu inferiores, non ad Episcopos, & alios Superiores referri debet, quia cum hic agatur de beneficio, seu privilegio Principis, sive Papæ, verba latissimè interpretari oportet, *Abb. hic num. 3. §. Sed quæro.* Nomine autem Episcoporum hic intelliguntur, sive sint Episcopi consecrati, sive non, sed tantum confirmati: imò et si Episcopatum non habeant, ut Episcopi Titulares, vel qui renunciaverunt Episcopatu, *Barb. in Collect. hic n. 1. c. 2.*

Notandum secundò, præter Episcopos, etiam alii Prælati Superiores, ut Archiepiscopi, Patriarchæ, Primates, possunt sibi eligere Confessarium, *c. ult. ibi: c. alii Superioribus*, sicut etiam S. R. E. Cardinales, quibus communicatur privilegium concessum Episcopis, & Prælatibus exemptis, saltem si sint Episcopi, vel Legati de latere, de quo videri potest *Axor p. 2. libr. 4. c. 3. q. 16. & quid post Concil. Trid. Seff. 23. c. 15. Fagn. hic n. 31. c. seqq.*

XXXIV. Notandum tertio, nomine Prælatorum minorum intelliguntur hic Prælati inferiores Episcopo, qui, ut gaudeant privilegio eligendi sibi Confessarium, duo requiruntur. Primò, ut præ sint aliis, cum spirituali jurisdictione fori contentiosi, seu externi, adeoque ut sint Abbates, Præpositi, vel Priores. Secundò, ut sint exempti, id est, Sedis Apostolicæ immediatè subiecti, ut tenet *Hosienf. hic V. Minoribus, c. Abb. n. 2.* quamvis *Silvest. c. l. q. 8.* & alii dicant, quod etiam alii Prælati inferiores Regulares, & locales exempti, seu non subiecti Episcopo possint eligere sibi Confessarium, licet alios habeant super se Superiores, v. g. Abbatem, vel Præpositum, Generalem aut Provincialem. Idque valde probabile est, quia cum hæc Constitutio contineat gratiam, seu privilegium favorabile, & nulli noxium, latè est interpretanda, & suprà etiam dictum, *Silvest. c. l. Tambur. tom. 2. de Jure Abbat. dif. 6. q. 10. n. 3.* Ubi tamen n. 7. id limitat, dummodo ipsi Abbates inferiores, & locales, secundum privilegia, vel Constitutiones Religionis à Sede Apostolica approbatas, non habuerint Confessarium designatum à Prælatibus Superioribus.

Hinc inferitur primò, quod de Jure communi non possunt sibi Confessarium eligere subditi seculares, vel Regulares Collegii exempti, quia non sunt Prælati. Secundò, nec Abbatissæ etiam exemptæ, quia non habent potestatem jurisdictionis in foro pœnitentialem. Tertio, nec is, qui præstet exemptis, sed non est Prælatus, ut Prior claustralis, non Conventualis. Quarto, nec hi, qui sunt in dignitate constituti, sed non sunt Prælati, et si sint exempti, ut Archidiaconi, qui non habent curam animarum, sive jurisdictionem in foro pœnitentialem, *Silvest. V. Confessor. 1. n. 8. §. Ex his autem.*

XXXV. Præterea in c. *Si Episcopus. 2. h. t. in c.* declarat Papa Bonifacius VIII. quod si Episcopus suo subdito concessit, ut sibi idoneum Confessarium possit eligere, ille, quem is elegit, nullam penitus habet potestatem in casibus, qui eidem Episcopo specialiter sunt reservati: cum in generali concessione non veniant illa, quæ non esset quis

» verisimiliter in specie concessurus. (reg. jur. 81. in
» 6.) Nulla potest quoque consuetudine introduci,
» ut aliquis, præter sui Superioris licentiam, Confes-
» sarium sibi eligere valeat, qui possit eum solvere,
» vel ligare. Ratio prioris partis est expressa in textu,
» Quinam autem casus Episcopis Jure Communi reser-
» vati sint in foro poenitentiali, refert *Gl. hic V. Reser-
» vantur*, & *Hofstiens. in summ. §. Cum confitendum sit*,
» n. 4. col. 2. §. *Primus est*. Ratio posterioris partis est,
» quia talis consuetudo esset onerosa Ecclesiis, & per
» illam violaretur Ecclesiastica disciplina, ideo non
» valet. Id verò speciale est in *cit. c. 2. h. t. in 6.* quòd
» subditus, fatendo se subditum, non possit præscri-
» bere contra obedientiam Superioris, vel Pastoris sui,
» *c. Cum non liceat. 12. de præscript. & notat Gl. hic V.*
» *Consuetudine*, quia tali casu adest mala fides, vel sal-
» tem error, seu ignorantia notissimi juris, cum quo
» non potest præscribi: consequenter neque parochia-
» nus, seu Diocesanus, absque consensu Ordinarii
» Judicis, & Pastoris sui, quamdiu eum pro tali agno-
» scit, potest se subijcere jurisdictioni alterius non Pa-
» storis sui, *Navarr. in c. Placuit. 3. dist. 6. de poenit. n.*
» *112. Laym. libr. 5. rr. 7. c. 4. n. 4.*

XXXVI. Ubi præterea notandum primò,
Episcopus cuilibet Diocesano sibi subdito potest da-
re licentiam eligendi sibi Confessarium, quem vo-
luerit, dummodo sit idoneus, & qui possit absolvere,
vel ligare, adeoque habeat curam animarum, & sit
Sacerdos curatus, *Franc. hic n. 1. 2. & 4.* imò hodie
secundum Concilium Trident. *Seff. 23. c. 15.* requi-
ritur etiam, ut sit approbatus ad confessiones audien-
das à suo Ordinario, *Fagn. in cit. c. ult. n. 11. & seqq.*
Verùm Episcopus, concedendo alicui facultatem eli-
gendi Confessarium idoneum, qui possit ipsum absol-
vere à quibuscunque peccatis, non censetur dedisse
potestatem eum absolvendi à casibus Episcopo refer-
vatis, *cit. c. 2. in princ. h. t. in 6.*

Notandum secundò, licet aliàs in foro conten-
tioso, seu externo, & judiciali possit quis prorogare
jurisdictionem in Judicem non suum, etiam sine con-
sensu proprii Judicis: secus est, in foro poenitentiali,
in quo non potest fieri prorogatio, nisi in eum, qui ha-
bet jurisdictionem in habitu, & actu, adeoque exe-
cutionem Ordinis, & cum licentia proprii Sacerdo-
tis, *c. Omnis. 12. h. t. Francus hic n. 2.*

Notandum tertio, non potest subditus, seu pa-
rochianus, vi consuetudinis, acquirere potestatem
eligendi sibi Confessarium, sine licentia Superioris
sui, nec quidem per consuetudinem longissimi tem-
poris, vel etiam immemorialis, *cit. c. 2. h. t. in 6.* ne-
que etiam præscribere tale jus: & in hoc potentius
est privilegium, quam consuetudo, licet aliàs æqui-
parentur. Potest tamen Prælati, vel alius in digni-
tate constitutus, v. g. Archidiaconus, præscribere,
seu per consuetudinem legitimè præscriptam acqui-
rere curam animarum in parochianos alterius, & sic
fieri proprius Sacerdos, & audire Confessiones eo-
rum, *Abb. in cit. c. ult. n. 4. & 5. & in c. Conqueren-*
» *te. 16. num. 5. de foro compet. Franc. in cit. c. 2. num. 3.*
» *h. t. in 6. Silvest. V. Confessor. 1. num. 8. in fine.* Unde
» cum in *cit. c. 2. h. t. in 6.* dicitur, per nullam consue-
» tudinem introduci posse, ut quis sine licentia proprii
» Parochi, vel Pastoris, alium Confessarium sibi eli-
» gat, subintelligendum est, nisi Sacerdos per diutur-

nam consuetudinem acquirat jurisdictionem
vendi subditos, seu Parochianos alterius, *cit.*
» *l. n. 43. O Laym.*

SECTIO II.

DE REMISSIONIBVS,

Indulgentiis, quæ est altera

Rubrica huius Tituli

§. I.

Quid sit Indulgentia, & quæ
duplex?

XXXVII. ASSERTIO I. Indulgentia

quæ definitur ex Clemente VII. *Excoꝝmunicatus*
» *Inter communit.* Est remissio pœne temporalis
» debita Deo, propter peccata actualia, commissa
» baptismum, & remissa quoad culpam, remanentem
» mentum facta per applicationem indulgentiarum
» Christi, & Sanctorum, Lelius Zacharius Tract. de
» *Indulgentiis c. 1. n. 7. Laym. l. 3. Tract. nov. Tract.*
» *c. 1. num. 1.* & alii. Dicitur prima remissio, quia
» potest, vel culpæ, vel pœne; Indulgentia vero
» est remissio culpæ, sed pœne tantum, quia
» culpæ, præsertim mortalis, habent poenitentiam
» mentum poenitentiae in re, vel voto laici, ut
» ut & remissio pœne aeternæ, ut dicitur
» Concilium Trident. *Seff. 6. c. 14. & 58. de Sacrament.*
» *in genere.* Sed per Indulgentiam remittitur
» pœna temporalis: nam dimittit culpam
» aeternam, adhuc saepe remanere poenam
» lem exolvendam in hac vita, constat. Ex
» exemplo Ade Genes. 2. & 3. Moyses & Aaron
» propter peccatum diffidentiae, etiam dimittitur
» & David 2. Reg. c. 24. Dicitur secunda remissio
» actualibus debita, post baptismum commissa
» peccata ante baptismum commissa, quod dicitur
» & poenam aeternam ac temporalem, remittitur
» baptismum, in quo plenissima fit communi-
» cationis Christi. Dicitur tertia, remissio
» sacramentum facta, ut sic Indulgentia differat
» tentia, & satisfactione, quæ in Sacramento
» tiae inungitur. Dicitur quarta, per applicationem
» satisfactionis Christi ac Sanctorum, quæ est
» stus, qui est Caput Ecclesiae, & universæ mem-
» demptor, infinite satisfecit Deo Patri, pro pec-
» omnium hominum mortalibus, & venialibus
» bisque meruit gratiam, & gloriam, ad Epistolam
» debent tamen hæc infinita merita, & satisfactio
» Christi nobis applicari, vel per vnum Sacramen-
» rum, præsertim Baptismi & Poenitentiae, vel
» missionem culpæ ac pœne aeternæ; imò etiam
» jus pœne temporalis; vel extra Sacramentum
» indulgentias, per quas nobis merita, & satisfactio
» Christi, & Sanctorum applicantur, in occurrere
» mittendas pœnas temporales adhuc remanentes
» culpas remissas, juxta illud Christi Matthei 16.
» *Petrus, & tibi dabo Claves regni calorum, quicquid*
» *sol veris super terram, erit solutum, & in calo*
» *quæ verba data est Petro, tanquam Vicario Christi*
» *& ejus Successoribus potestas solvendi omnia*

cula, quæ impediunt ab ingressu cœlestis autem vinculum est etiam pœna temporalis sæpe remanens, post remissionem culpæ, ergo illud quoque vinculum remitti potest, quæ remissio Indulgentia appellatur, *Laym. cit. l. Zecchius cit. l. n. 4.*

XXVIII. Ubi præterea notandum primò. Iusti in hac vita, dum opera satisfactoria exercent, per ea non tantum pro suis, sed etiam pro alterius iusti peccatis DEO satisfacere possunt, ob unionem charitatis: ideo si illis non indigere ad proprias pœnas redimendas, vel ea alijs non applicant, illa veniunt in thesaurum Ecclesiæ, qui constituitur ex meritis, & satisfactionibus, tam Christi, quàm Sanctorum, ex quibus depromuntur, & conceduntur Indulgentiæ, per quas satisfactiones Christi, & Sanctorum alijs fidelibus applicantur, ad relaxandas pœnas temporales pro peccatis eorum adhuc debitas. Et quamvis satisfactiones Sanctorum per Indulgentias in populum distributas minuantur, imò & exhausti possint, absolute loquendo: quia tamen merita, & satisfactiones Christi sunt infinitæ, ideo hic thesaurus nunquam exhauritur, nec exhausti possint, ut habetur in *Extravag. Unigenitus. 2. post princ. h. t.*

Inter Communes, ubi etiam dicitur, Christum hunc thesaurum per B. Petrum Cœli Clavigerum, ejusque Successores suos in terris Vicarios commisisse fidelibus dispensandum, ex proprijs, & rationalibus causis, nunc pro totali, nunc pro partiali remissione pœnæ temporalis pro peccatis debita, tam generaliter, quàm specialiter, verè pœnitentibus, & confessis misericorditer applicandis, *Laym. cit. l. n. 2. Tanner. tom. 4. dif. 6. q. 8. dub. 4. n. 72.*

Notandum secundò. Per satisfactiones abundantes Sanctorum, sive vivorum, sive mortuorum, fit remissio pœnæ temporalis, tanquam per causam particularem, & proximam: at verò per satisfactiones Christi, tanquam per causam universalem, & principalem, *Laym. cit. l. n. 3.*

XXXIX. ASSERTIO 2. Indulgentia primò dividitur, ex parte effectus, in totalem, seu plenariam, per quam simpliciter tota pœna in purgatorio pro peccatis luenda remittitur: & in partialem, seu non plenam, per quam tantum pars aliqua pœnæ ejusmodi temporalis remittitur: qualis est Indulgentia partis tertiæ peccatorum, vel Indulgentia unius, vel plurimum annorum: de qua fit mentio in *cit. Extravag. 2. ibi: Nunc pro totali, nunc pro partiali remissione pœnæ temporalis &c. h. t.* Secundò ex parte eorum, pro quibus Indulgentiæ conceduntur, aliæ dantur pro vivis, & per modum absolutionis; aliæ pro defunctis, & per modum suffragij, seu solutionis, hoc est; Papa non dat animabus defunctorum Indulgentiam per modum Jurisdictionis, eas absolvendo à pœnis, quia nullam jurisdictionem, adeoque nec absolvendi potestatem in defunctos habet, cum jam ad alienum forum pertineant: sed solum per modum Suffragij, tum quia mediante Suffragio alterius vivi, Indulgentiæ ipsæ applicantur, & profunt: tum quia non immediate ab ipsomet Indulgentis concedente, velut Judice, ac Ministro DEI, eis pœna remittitur, sed solum DEO exhibetur, & offertur pro eis satisfactio, & quasi pretij solutio, adjunctis precibus, ut illam misericorditer acceptet, & pœnam temporalem animabus remittat, *Laym. cit.*

tr. 7. c. 7. n. 3. Tanner. cit. dub. 4. n. 90. & 91. Nullæ autem Indulgentiæ, quas Papa concessit fidelibus vivis, possint applicari defunctis, nisi concessæ sint etiam pro defunctis, *Laym. cit. l. n. 2.* Tertiò, Indulgentia dividitur in personalem, & localem, ac realem. Prior dicitur, quæ per se, ac directè personis conceditur, sine determinatione ad certum locum, vel rem materiale. Realis verò, quæ certæ rei materiali est affixa, vel loco sacro, *Laym. l. 5. tr. 7. c. 3. n. 2. in secunda divisione.* Quartò dividitur Indulgentia in perpetuam, quæ semper durat, nisi revocetur: ac in temporalem, quæ ad certum tempus datur, eoque elapso, finitur, *Laym. cit. l. n. 3. in fine.*

§. II.

Quinam possint concedere Indulgentias?

XL. ASSERTIO 1. Summus Pontifex potest à Christo accepta potest Indulgentias, tum totales, sive plenarias; tum partiales, sive non plenarias, ex justa causa omnibus fidelibus concedere, prout respondit Clemens VI. in *Extravag. 2. h. t. Inter communes.* Siquidem solus Papa potest Indulgentias totales, seu plenarias concedere: Episcopi possunt Jure communi Canonico, solum Indulgentias limitatas, seu partiales, & non plenarias concedere, quia concedere Indulgentias non est actus Ordinis, sed jurisdictionis voluntariæ, ut colligitur ex *c. Quod autem. 4. h. t.* ubi dicitur: quod concessio Indulgentiarum sit actus absolvendi, & judicialis, ideoque competit Episcopo, jure ordinario, ita ut Episcopus electus, & confirmatus, etsi consecratus non sit, Indulgentias conferre possit, *Azor p. 1. l. 3. c. 55. q. 1. in fine, Barbof. de Offic. Episc. alleg. 88. n. 4. & 5.* Hinc Episcopus, ex delegatione Papæ, potest concedere Indulgentias etiam plenarias, & ipse Episcopus potest hanc facultatem delegare suo Vicario Generali, vel etiam alteri Clerico, non autem laico, cum sit potestas spiritualis, *Azor cit. c. 55. q. 5. Barbof. cit. alleg. 88. n. 9. & 2. seqq.*

XLI. ASSERTIO 2. Episcopi possunt concedere Indulgentias in suis Diocesis, sed limitatè tantum, ita ut in Dedicationibus Ecclesiarum solum possint concedere Indulgentias unius anni: in anniversario verò dedicationis Ecclesiæ XL dies, prout habetur in *c. Cum ex eo. 14. §. Ad hæc. h. t.* quod est desumptum ex Concilio Generali Lateranensi sub Alexandro III. ubi decernitur, ut cum dedicatur Ecclesia Basilica, non extendatur Indulgentia ultra annum, sive ab uno solo, sive à pluribus Episcopis dedicetur: In anniversario verò dedicationis tempore, XL dies de injunctis pœnitentijs indulta remissio non excedat. Hic quoque dierum numerus in litteris Indulgentiarum est moderandus, quæ in alijs quibuslibet casibus ab Episcopo aliquoties conceduntur, cum Romanus Pontifex, qui plenitudinem obtinet potestatis, in talibus moderamen consueverit observare, prout habetur in fine dicti c. Idque statutum est, ne dum excessivè, & indiscretè indulgentiæ à Prælati Ecclesiarum conceduntur, Claves Ecclesiæ contemnantur, & pœnitentialis satisfactio enervetur, prout dicitur in *cit. c. Cum ex eo. §. Ad hæc. in princ.*

XLII. Ubi

XLII. Ubi notandum primò. Quamvis in hoc c. in genere fiat mentio de Prælati, non tamen sub ijs comprehenduntur Prælati Episcopis inferiores, hi enim potestatem concedendi Indulgentias non habent Jure communi, cujusmodi sunt Abbates, Priores, aut Præpositi &c. nisi ex speciali privilegio, consuetudine, vel præscriptione talis potestas competat, cum Jure communi nunquam sit eis concessa, c. *Accedentibus*, r. 2. ibi: *Concedendo etiam Indulgentiarum litteras &c. de excessib. Præl. Abb. in cit. c. Cum ex eo. n. 5. h. t. Acor cit. c. 55. q. 3. Barb. cit. alleg. 88. n. 17. & 18.* Unde nec Prælatus Religionis, ut Generalis, aut Provincialis, quamvis habeat quasi Episcopalem jurisdictionem in Regulares sibi subditos, indulgentias dare potest, Jure communi, & secluso privilegio Papæ: nec Capitulum Cathedralis, Sede vacante, quia non succedit Episcopo in potestate jurisdictionis extraordinariæ, saltem in ijs, quæ sunt reservata Episcopali dignitati, *Barb. cit. l. n. 21. de quo dictum l. 1. tit. 33. n. 49.* Nec denique etiam Parochus, est enim Episcopo inferior, *Barb. cit. l. n. 19. & 20.*

Notandum secundò. Hanc potestatem concedendi indulgentias sic restrictam habent Episcopi immediatè acceptam à Sede Apostolica, & Jure communi Canonico, & Ordinario, non verò Divino, quia licet Episcopalis dignitas, quoad potestatem Ordinis, & pastorale munus in genere sit Juris Divini, & ex Christi institutione: quoad potestatem tamen jurisdictionis in particulari, est ex ordinatione Ecclesiæ. Idque confirmatur ex cit. c. *Cum ex eo. §. Ad hæc. h. t.* quia aliàs si potestas concedendi Indulgentias omnibus Episcopis competere, ex Jure Divino, non potuisset ea à Concilio Lateranensi in cit. c. ita restringi. *Laym. l. 5. tr. 7. c. 4. Aff. 2. n. 2. Barb. hic n. 7.*

Notandum tertio. Si plures Episcopi conveniant ad dedicationem alicujus Ecclesiæ, non possunt, nisi unius anni Indulgentiam simul concedere, sicut expressè habetur in cit. c. *Cum ex eo. §. Ad hæc.* ibi: *Sive ab uno solo, sive à pluribus Episcopis simul dedecur: possunt tamen plures Episcopi, quorum singuli jurisdictionem habent, v. g. Episcopus Diocæsanus loci, & Archiepiscopus, sive Metropolitanus, plures indulgentias, aut quadragenas, simul, vel successive, eidem Ecclesiæ concedere, Laym. cit. c. 4. n. 2. §. Licet. 2.* Est autem quadragena relaxatio tantæ penæ, quanta respondet septem annorum penitentia.

XLIII. Notandum quarto. Si Episcopus ultra limites suæ potestatis indulgentiam concedit, v. g. ultra annum, tum ipso jure nulla est concessio, quoad excessum, c. 1. in fine. h. t. in 6. Idem statuitur etiam in c. *Indulgentia. 3. & ult. eod. in 6.* ubi dicitur: » Indulgentia, quæ ab uno, vel pluribus Episcopis, » in Ecclesiarum dedicationibus, vel alijs quibuslibet casibus (ad pia opera, nempe ad ædificationem, vel reparationem Ecclesiæ: ædificationem, vel refectionem pontium, vel viarum: vel sustentationem Hospitaliorum, vel similia, *Gl. hic V. Casibus*) » conceduntur, vires non obtinent, si Statutum ex- » cesserint Concilij Generalis in cit. c. *Cum ex eo. §. Ad hæc.* Nihilominus tamen valet talis concessio quoad eam partem, quæ numerum præscriptum non excedit, quia utile per inutile vitiari non debet, quando pars utilis separari potest ab inutili, ut in proposito, numerus dierum. Accedit, quod concessio in-

dulgentiarum sit quædam liberalis donatio, non net pro parte, quæ ad legitimum modum pertinet id, quod donatur, quantitate, quæ mittit, attingit. *Gl. in cit. c. ult. V. Non excedat.*

Notandum quinto. Quando dicitur in cit. c. *Cum ex eo. §. Ad hæc.* concedendi indulgentias, non additur præscriptio de injunctis penitentibus, sicut addi solet in privilegio XL dierum, adeoque prior facultas est prior, *Barb. in Collect. in cit. c. Convento. §. de ijs ubi etiam addit, quod licet Episcopi non possint concedere Indulgentias, ultra tamen potestatem possunt tamen in minore summa, quia licet summa continetur minor, non vice versa.*

Notandum 6. Indulgentia de injunctis penitentibus hic illa dicitur, quæ procedit ad deductionem Indulgentias respondententes penitentibus in festario, per quas illæ penæ remittuntur. *Idem num. 12.*

XLIV. ASSERTIO 3. Episcopi non possunt subditis indulgentias concedere, nisi in ijs, quæ sunt reservata, & extraneis, prout sumitur ex *Gl. in h. t.* ubi quæsitum fuit ex Alexandro VII. utrum remissiones, seu indulgentias, quæ dantur in dedicationibus Ecclesiarum, vel consecrationibus, vel ad alios actus pios, *Abb. hic n. 2. Laym. n. 2.* quàm his, qui subsunt illis, qui habentur in remissionibus, seu Indulgentiis illis tantummodo, vel ad alios actus pios, *Abb. hic n. 2. Laym. n. 2.* quàm his, qui subsunt illis, qui habentur in remissionibus, seu Indulgentiis illis tantummodo, vel ad alios actus pios, *Abb. hic n. 2. Laym. n. 2.* quàm his, qui subsunt illis, qui habentur in remissionibus, seu Indulgentiis illis tantummodo, vel ad alios actus pios, *Abb. hic n. 2. Laym. n. 2.*

Ubi notandum primò. Indulgentia concessa alienis Episcopis possunt prodere etiam illis, si proprii Episcopi illis specialiter concederent eas lucrari possint, *Abb. hic n. 7. Barb. cit. alleg. num. 25.*

Notandum secundò. Episcopi possunt indulgentias concedere vivis tantum, non autem defunctis, quia in hoc c. solum conceditur Episcopis indulgentias dare subditis suis degenantibus, non igitur hæc facultas extendi debet ad defunctos, *Laym. cit. l. n. 2. in fine, Barb. cit. l. n. 2.*

XLV. ASSERTIO 4. Etiam Archiepiscopus per totam Provinciam suam libere potest generales litteras remissionis, sive Indulgentiarum concedere, ita tamen ut Statutum Generale Concilij (Lateranensis in cit. c. *Cum ex eo. §. Ad hæc.*) non excedat, prout sumitur ex c. *Notum. 15. h. t.* quamvis Metropolitanus non habeat communem jurisdictionem in subditos Suffraganeos, tamen Indulgentias concedere est actus voluntatis jurisdictionis, potest illas concedere per universam provinciam suam, *Abb. hic n. 3.* Idque etiam si non visitet Provinciam, dummodo prædictum Statutum Concilij non excedat, *Barb. cit. l. n. 35. & 36.*

Porro Cardinales, & Legati Apostolici, & Episcopi non sint, licet in alijs quasi Episcopis jurisdictionem habeant, tamen Jure communi, & Ordinario Indulgentias concedere non possunt, nisi speciali, vel generali commissione Papæ, *Laym. num. 3.*

XLVI. Sed jam ulteriùs quæri potest, utrùm Prælati inferiores Episcopo per diuturnam consuetudinem legitimè præscriptam acquirere possint facultatem dandi Indulgentias? Negat *Suar.* & alij apud *Laym. cit. c. 4. n. 3.* Vel enim Pontifex scit ejusmodi consuetudinem, & tolerat; & tunc censetur eam tacitè approbare, adeoque non vi consuetudinis, sed ex tacito consensu ipsius Papæ, acquiritur illa potestas spiritualis: si verò Papa nescit, non potest actu habere voluntatem concedendi eam potestatem. Contraria tamen, & affirmativa sententia non est improbabilis, quia ex communi sententia, potestas dispensandi in votis, & juramentis per consuetudinem ab inferioribus Prælatibus acquiri potest, per quam etiam animæ solvantur in foro DEL. Nec obstat, quòd Papa nesciat in specie, seu particulari, talem consuetudinem, quia sufficit, quòd id vult, & consentit, vi generalis legis, per quam approbat consuetudines bonæ fide præscriptas, *Laym. cit. l. n. 4.* adeoque etiam talem consuetudinem, per quam acquiritur ejusmodi facultas dandi Indulgentias.

XLVII. Postremò prædictis addendum primò, quòd etiam exempti lucrari possint Indulgentias Episcopales, quia exemptio, quæ est in eorum favorem concessa, non debet in eorum læsionem converti, *Barb. in cit. alleg. n. 27.* Secundò, Indulgentias alijs concessas ab Episcopo, potest etiam ipse lucrari, quia non ideo directè utitur jurisdictione in seipsū, nec debet esse deterioris conditionis, quàm alij, *Azor cit. l. 3. c. 55. q. ult. Barb. n. ult.* Cæterum qualis causa, & quæ conditiones requirantur ad lucrandas Indulgentias, videri potest apud Theologos, præsertim verò apud R. P. Georgium Gobat, qui præter multa alia utilissima opera edita, scripsit etiam eruditissimum Tractatum de Indulgentijs, sicut & alium de Jubileo, ubi totam hanc materiam præ alijs exactissimè, & plenissimè exponit.

S. III.

De Anno Jubileo.

XLVIII. De hoc agitur inprimis in *Extravag. Antiquorum. 1. h. t. Inter communes.* in qua Bonifacius VIII. centesimo quoquo anno, qui Jubileus dicitur, visitantibus Basilicas, sive Ecclesias SS. Apostolorum Petri & Pauli plenissimam omnium peccatorum suorum veniam (id est, pœnarum pro peccatis debitarum, *Gl. hic P. Peccatorum*) concedit: & statuit, ut qui volunt hujusmodi Indulgentiæ participes fieri, si fuerint Romani, ad minus XXX. diebus continuis, vel interpolatis, & saltem semel in die: si verò peregrini fuerint, aut forenses (id est, qui venerunt aliunde, etsi peregrinationis causâ, volunt tamen lucrari Jubileum, *Gl. hic P. Forenses*) simili modo diebus XV. ad easdem Basilicas accedant. Qui verò amplius, & de totius illas Basilicas frequentaverit, plus merebitur, & Indulgentias efficacius consequetur. Porro morem hunc centesimo quoquo anno hoc sanctum Jubileum celebrandi Romæ, & amplissimas Indulgentias concedendi, Bonifacium VIII. non primò instituisse, sed potiùs innovasse, apparet ex princ. hujus *Extravag.* ut notant DD. hic.

Tomus V.

XLIX. Postea verò Clemens VI. in *Extravag. Unigenitus. 2. h. t.* Annum Jubileum, sive plenariam remissionem, seu Indulgentiam, quæ olim concessa fuit quolibet centesimo anno, revocavit ad annum quinquagesimum, idque partim ob Mysterium hujus numeri, quo in Veteri Lege remissio peccatorum figurabatur, vel aliàs etiam datur: partim ob breviteratam vitæ humanæ, quia pauci ad annum centesimum pertingebant: ita tamen ut præter duas prædictas, etiam Basilica S. Joannis Lateranenſis visitaretur, eo modo, quo in *Extravag. 1. præscriptū.* Ubi etiam adjicitur, quòd illi, qui causâ lucrandi Jubileum, perunt Romam, vel aliquas ex conditionibus præscriptis implere incipiunt, sed infirmitate, vel morte præventi, iter vel conditiones perficere non possunt, nihilominus Jubileum lucrantur.

Porro Gregorius XI. tribus Ecclesijs, quæ visitari debent, tempore Jubilei, adjunxit quartam, videlicet Ecclesiam S. Mariæ Majoris, ut ex *Navarro* notat *Barb. in cit. Extravag. 2. n. 5. h. t.*

L. Denique Paulus II. & post illum Sixtus IV. in *Extravag. Quemadmodum. 4. h. t.* Annum Jubileum reduxit ad brevius tempus, videlicet ut XXV. quoquo anno celebraretur, atque ut in eodem anno Jubileo suspendantur omnes aliæ Indulgentiæ plenariæ, extra Urbem, per totum orbem, idque ut fideles tantò avidius Romam traherentur ad lucrandam Indulgentiam Jubilei, ita ut durante hoc anno, omnes omnino Indulgentiæ plenariæ quibuscunque Ecclesijs, Congregationibus, & personis Ecclesiasticis, ac secularibus à Sede Apostolica concessæ nullum effectum habeant, nec quidem in mortis articulo, nisi specialiter à Papa concedantur, *Laym. l. 5. tr. 7. c. 8. n. 2. & 3.* ubi tamen addit, quòd Indulgentiæ pro defunctis à Sede Apostolica, per modum Suffragij, concessæ nulla omnino in anno Jubilei suspensio fieri solet. Post annum verò Jubilei elapsū, Indulgentiæ, absque nova concessione, vim suam recuperant, *Laym. cit. l. Barb. in cit. Extravag. 4. in fine. h. t.* & omnes fatentur.

Notandum primò. Unâ cum Indulgentijs plenarijs in anno Jubilei, solent etiam suspendi aliæ facultates quædam, sive indulta, ut absolventi à peccatis, commutandi vota, aut super eis dispensandi &c. ut colligitur ex cit. *Extravag. Quemadmodum.* sed ea tantum, quæ propter dictas Indulgentias lucrandas, sive in ordine ad eas à Sede Apostolica sunt concessæ, sicut significavit Gregorius XIII. in Bulla, quæ incipit *Quinam Sancti*, & notat *Laym. cit. c. 8. Francus dist. 6. q. 8. dub. 4. n. 112.*

Notandum secundò. Solent etiam interdum aliæ plenissimæ Indulgentiæ, instar Jubilei, concedi à Sede Apostolica pro toto orbe, cum alijs gratijs, & facultatibus annexis, plerumque ad duas hebdomadas, seu XV. dies, post promulgationem in quolibet loco factam, tum aliàs, tum præsertim post annum Jubileum Romæ peractum, de quo Jubileo plura videri possunt apud *Laym. cit. c. 8. n. 6. & seqq.*

LI. Postremò restant adhuc duæ Constitutiones Extravagantes in hoc Titulo *Inter Communes*, quarum brevem Summam hic ponemus. In *Extravag. Etsi Dominici. 1. h. t.* enumerantur plures casus, qui reservantur Sedi Apostolicæ, à quibus nullus

N n n

absol-

absolvere potest, per indulta, seu concessionem generales, sine speciali ejusdem licentia, & multos ex illis casibus, & plures alios reservat sibi Papa singulis annis in Bulla Cœnæ Domini contentos. De reservatione casuum Papæ reservatorum fusc agit Barb. de Offic. Episc. alleg. 50.

LII. Præterea in Extravag. Epsi Dominici. §. Et ult. h. t. Sixtus IV. revocat multas Indulgentias, quas ipse concesserat, & facultates absolventi à Casibus in Bulla Cœnæ Domini contentis, item commutaa-

di quinque vota Papæ reservata, videlicet: in nis, perpetua Castitatis, peregrinationis, stolorum Petri & Pauli, & peregrinationis in cibum Compostellanum: à quibus si quis re, vel ea vota commutare præsumptum, communicationem S. Pontifici reservat, & mortis articulum, & talis absolutio, & ratio nullius est valoris, sed imitatis.

T I T V L V S XXXIX.

DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS, SUSPENSIONIS, ET INTERDICTI.

Actum est in superioribus Titulis de pœnis, quæ tum in foro contentioso, tum in pœnitentia, imponuntur: sed quia Excommunicatio est pœna delicti, confertur à Jure; pœna verò contumaciæ, cum ferrur ab homine, deo legatur hic Titulus, ut notat Abbas Panormitanus in Rubricam huc, quæ in antiquis inscribitur tantum de sententia Excommunicationis, quippe quæ præcipua species ex censuris Ecclesiasticis, de qua etiam potillimum tracto agitur. Veruntamen in Novis Decretalibus additur, *Suspensio, & Interdicti*, quia de his, quoque tractatur in hoc Titulo, qui extat etiam in Clementinis, & Extravagantibus Joan. XXII. & Communibus.

SECTIO I.

DE PRIMA CENSURA ECCLESIASTICA, nempe Excommunicatione.

§. I.

Quid, & quotuplex sit Censura?

I.



ASERTIO I. Censura in genere est pœna quædam spiritualis, ac medicinalis, privans usu aliquorum bonorum spiritualium per Ecclesiasticam potestatem inflicta delinquenti, donec à contumacia recedat. Ita ferè *Suar. dif. 1. de censur. sec. 1. n. 5.* & alij DD. communiter. Ubi pœna Ecclesiastica seu spiritualis ponitur, loco generis, & hæc verba *usu bonorum spiritualium*, ad differentiam aliarum pœnarum Ecclesiasticarum, quia licet Ecclesia directè versetur circa spiritualia, indirectè tamen etiam versatur circa temporalia, in ordine ad spiritualia, ac proinde censura primariò privatur spiritualibus actionibus; secundariò verò, ac indirectè etiam usu corporali, seu externarum actionum, ut communicatione humanâ, *Avila tr. de censur. p. 1. dub. 4. not. 2.* Bona autem spiritualia, quædam sunt propria, & permanentia, quibus nemo in virtus spoliari potest, ut gratia habitualis, virtutes infusa, earumque bonæ operationes: quædam verò

sunt communia, quibus homo in penam potest, quoad usum activum, & passivum, vel ministratio, & receptio Sacramentorum, participatio publicorum Suffragiorum Ecclesiæ, &c.

Ubi notandū. Censura est pœna delicti, non contumaciæ, c. 1. in princ. h. t. in 6. quæ per te veliam cessat ipsa spiritualis potestas, seu habitus ad spiritualia bona, sicut per irregularitatem, depositionem, vel degradationem, quæ privatur habita, de potestate utendi ijs bonis, idè quæ suapte natura, temporaria, nec statim auferuntur, nisi delinquenti contumacia datus. Censura verò impeditur tantum in bonis temporaliis, & ab ijs faciliò commutatur absolutio, post emendationem. Deinde immunitas propriè non est pœna, sed in habilitate quæ potius ad sacrum Altaris Ministerium, & incrementum Ordinis accipiendi, vel exercendi, & etiam, quæ in penam delicti imponitur, pœna non imponitur per modum pœnæ, sed immunitatis, sed impedimenti.

II. Porro generaliter loquendo, ecclesiastica potestatem infligendi censuras, præcipue *Matth. c. 16. Quodcumque ligaveris, &c.* & *c. 18. Quodcumque alligaveris, &c.* & solvatur potestatem ligandi, & solvendi, cum sint generalia, ad omnes Ecclesias extendenda, *Avila cit. p. 1. dub. 1. concl. 3. de censur. dif. 1. sec. 2. n. 3.* Ratio est, quia quilibet debet habere debet potestatem puniendi, & coercendi, & dicitos rebelles, & contumaces, privando eos prijs rebus, vel juribus illius Republicæ, &c.